Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Egredi fratres in via omnium fratrum vel abbatis se
cundum commendent. et semper ad oratorium ultimam
operis dei commemoratio omnium absencium fiat. Reuer
tentes autem de via fratres. ipso die quo redeunt per omnes
canonicas horas dum expletur opus dei prostrati solo oratorio.
ab omnibus petant oracionem propter excessus. ne quid forte
subrepuerit in via. visus aut auditus. male visi. aut oraci sermo
nis. Nec presumat quisquam alio vertere quicumque foris
monasterium viderit aut audierit. quia plurima destruo
et. Quod siquis presumserit. vinculo regulari subiaceat.
Similiter et qui presumserit claustra monasterii egredi. vel
quoquam ire. vel quippiam quamvis parum sine iussione abba
tis facere. Si frater in possibilia iniungitur. Caplm xxxix

Capitulum 68.

Si fratri aliqua forte gravia aut impossibilia iun
gitur. suscipiat quidem iubentis imperium cum
omni mansuetudine et obedientia. Quod si omnino videt
suae mensuram videre pondus oneris excedere. impossibi
litatis suae causas ei qui sibi praeest patienter et opportune sugge
rat. non superbiendo aut resistendo. vel contradicendo. Quod
si post suggestionem suam in sua sententia prioris imperium
perdurauerit. sciat iunior ita sibi expedire. et extractate consi
derans de adiutorio dei obediat. Vt in monasterio non presumat
alter alterum defendere. Caplm xl

Capitulum 69.

Retinendum est ne quisquam oratione presumat alter al
terum defendere monachum in monasterio. aut quasi
uteri. eiusdem vel qualibet consanguinitatis pro quiquam ire
gatur ei. Nec quolibet modo id a monachis presumatur. qu
ex inde gravissima occasio scandalorum oriri potest. Quod